



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

8. Dies Octobris. Cor cogitando tenetur in crimine, licet corpus immune
videatur ab opere. D. Chrysostomus. De levinum peccator pericul.
-
-

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

num, & fugacissimum leporem, vel bardum asinum, sicut nunc animosissimum, & regium animal. Poterat & vocabulum homo, insulsum peponem indicare: communi conventione ita pactum est, non naturâ sua: pari abutimur libertate conceptibus nostris, & libero, per verso tamen, hominum consensu, opinionem magnitudinis, & pretii tribuimus. Non quæ habent magnitudinem, sed habere volumus. Sic majoris æstimamus aurum, metallum iners humanis usibus, quam ferrum nobis tam officiosum. Possent, & eâdem conventione gentium, commutari opiniones, & pretia rebus indita: Erraverunt apud nos primi rerum taxatores: elegere ad beatitatis titulum, quæ sit necesse inquirere, quæque natura, quia vetuit, abscondit. Cur in æstimatione auri, relegamus felicitatem ad terræ viscera, subter saxa, & simum, ad Inferorum suburbia? Quomodo ex regione miseriae efferet se felicitas? Hoc placitum nostrum fuit; placeat mutare, & iniquum rescindere opinionis pactum, & felices inter miseras erimus. Praeclare igitur dixit Epicurus. (a) *Homines perturbantur non rebus, sed iis quas de rebus habent opinionibus; verbi causa: Mors non est malum; alioquin etiam Socratis vita visum esset, sed opinio de morte, quæ malum eam facit. Cùm igitur impedimur, aut distraheremur, non alios culpemus, sed nosmetipso: hoc est nostras opiniones.* Itaque:

Vanos mittemus, cupias si vivere laetus;

8. DIES OCTOBRIS.

Cor cogitando tenetur in criminis, licet corpus immune videatur ab opere. *D. Chrysostomus. De levium peccator periculis.*

(a) *Enchrid. c. 10.*

I. Quis-

Cogita- I.
tiones pru-
denter
regendæ.

Quisquis metuit non tantum crimen, sed illius vel discrimen, in gyrum Rationis revocet palantis animi cogitationes.

Nam ut sis reus criminis, non est opus opere Sufficit cum voto, sola cogitatio operis. Ut igitur non tantum prudenter regas, sed feliciter dirigas intellectum, diligenter observa quo ille cogitando evagetur. Vix causam intelligere? Attende ad verba D. Hilatii. (a) *Humane mentis natura est, ut si cogitamus aliquid contemplemur, talem se nobis unaquaque specie exhibeat, qualem eam, & cogitando formemus. Quoquin enim mentis nostræ oculos intenderimus, id ipsum, in quo defixi sunt, referunt ad sensum. Et ut planius intelligimus, quod dictum est, possit, afferimus exemplum. Si quis humali die ver cogitaverit, & ornatum ejus, lumine mentis inspicerit, obliterata hyeme, in qua sit, atque alget, nunc ei in sensu suo ver cum habitu sui, ornatusque consistet: adeò mentis oculi corporis praestant, ut in mente in obliuione presentium, totos nos obireat, quidam quasi animo presumptus usus presentium. Itaque licet sit bruma tempore, Ver est illi in mente. Et dum alget in Februario, inter nives, mens quasi calet in Maioribus flores: & dum sedet corpore ad prunas, animus versatur inter rosas. Ita si Intellectus jugiter occupetur rebus cœlestibus, licet corpus sit in terris, conversione nostra erit in cœlis.*

II. Non pudeat nos qui sumus in Christi gymnasio, imitari Indorum Gymnosopistas. Illi ab ortu solis, ad occasum usque, eodem in loco perstabant alternis sèpè pedibus toto die, ferventissimis arenis insistebar, soleisque immobileibus oculis contueban-

(a) *In Psal. 120.*

Dicitur
tantum
el differ-
onis re-
cogni-
is opere
It igitur
igas in-
do eva-
erba D
riuation
e specie
Quoqu
o, in qua
elligid,
nus hu-
mentiu
cat, no-
e confu-
e emca
nus qua-
irbrus
t in Fe-
ointer
is ver-
upetur
verla-
min-
ortu-
ntal-
is in-
ban-
cur,

Octob.

Tessera.

799

tur, ut sic animum contemplatione exerceant. Alium habes solem, quem cogitando contempleris, quem sol & luna mirantur, est sol qui oriens ex alto, illuminabat te, cum sederes in tenebris, & umbra mortis, quidni toto die, tota mentis acie illum contemplaris, cuius contemplatio, mentis est illustratio? sic illum solem contemplabatur, in solitudine Magnus Antonius. Tantum enim erat ejus precandi studium, ut solidas subinde noctes, fixis in terram genibus exigeret, quemque ritè precantem sol occidens demiserat, in eodem vestigio, oriens itidem, croceo primæ lucis radio inauraret: ideoque piis hitce solem querelis incessabat. *Quid me impedit sol, qui ad hoc jam oreris, ut me ab hujus veri luminis astrabas claritate?* Primus mentis intuitus, dum sol mane oritur, & tu è strato te erigis, sit in illum, qui solem suum facit oriri super te. Quid dignius prima diei cogitatione, quid antiquus dierum Deus tuus, ut inde auspicetur, & concretetur mens? De quo posteriori jure debet esse prima tua cogitatio, quam qui ab æterno de te cogitavit cogitationes pacis? Quamdiu Deus fuit Deus, tam diu tu fuisti in mente Dei; per totam retrò æternitatem de te cogitavit, & pigebit te de illo cogitare, vel una hora? Sopitus de nocte, fuisti quasi mortuus, & illi debes quod non fueris verè mortuus, jam quasi, recens natus, ordiris novam vitam: igitur primicias novæ vitae pende Auctori vitae.

III. *Qualibet cogitatio, est cujuslibet operis antecipatio.* (a) Sic enim aureus Orator. Nullus actus non cogitatione præcurrente configitur, nullum opus non corde premeditante completur, maxime cum sermo minister sit cordis,

(a) Chrysost. supra.

800 Christiani Militis Octob

cordis, nec quidquam aut actu conficitur, aut serm proferunt, nisi prius ad ipsum cogitando signatur. Nam et si aliquando cogitamus, nec gerimus, disponimus, implemus, tamen cogitata pro factis tenentur, licet nondum opere compleantur: Facere enim cordis, cogitare. Qui viderit ad concupiscendum, jam moechatus est corde suo. Reus est jam animus, qui cogitavit, licet immo corpus sit ab opere quod non fecit. Sed ut recte cogitationes dirigas, necesse est ad ipsum Veritatis apicem erigas: ut non haereat in rerum superficie, sed penetret ipsa adyta. Sunt enim cogitationes quadam, quas egregie Alchuinus, Paralyticas dixit, remissæ, & languidae, ut cum fortissima, lucidissimaque de Veritas, non dimicent non micent. Brachium exanguine, & mortuum, haerens vegeto humero, licet non doleat, non juvat: ita sunt quadam cogitationes, tam frivola, ut cor nequaquam foveant: adeo flaccida, ut illud non concurtiant. Eadem sententia a duobus æque audita, æque probata, unius fodicat, & mordet cor, alterius, nec lambit. Quot sunt qui sepius audiierunt, & probarunt, quod Franciscus, qui statim mundo renunciarunt: sed retinuerunt alii suas opes, & quod peius opera, vitia? Eadem fuerunt verba eadem & verborum Veritas, illi sensa illorum verborum penetrarunt; hi tantum steterunt in vestibulo; haerebant in cortice, non pertingebant ad medullam. Sic multi vera norunt, & alios docent, & edunt ignavi, ut cum alios doceant plæclarâ, recedant indocti eorum quæ docent dogmata. Hoc tamen scito a veritate non alienum:

Dogma tuum sordet, cum te tua culpa remordet.

9.DIES